

INTROIT Psalm 16: 6-8

Ego clamávi, quóniam exaudísti me, Deus: inclína aurem tuam, et exáudi verba mea: custódi me, Dómine, ut pupíllam óculi: sub umbra alárum tuárum prótege me. Ps 16:1 Exáudi, Dómine, justítiam meam: inténde deprecationem meam. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Ego clamávi, quóniam exaudísti me, Deus: inclína aurem tuam, et exáudi verba mea: custódi me, Dómine, ut pupíllam óculi: sub umbra alárum tuárum prótege me.

COLLECT

Exáudi nos, omnípotens et miséricors Deus: et continéntiæ salutáris propítius nobis dona concéde. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

LESSON 4 Kings 4: 1-7

In diébus illis: Múlier quædam clamábat ad Eliséum Prophétam, dicens: Servus tuus vir meus mórtuus est, et tu nosti, quia servus tuus fuit timens Dóminum: et ecce, créditor venit, ut tollat duos filios meos ad serviéndum sibi. Cui dixit Eliséus: Quid vis, ut faciám tibi? Dic mihi, quid habes in domo tua? At illa respóndit: Non hábeo ancílla tua quídquam in domo mea, nisi parum ólei, quo ungar. Cui ait: Vade, pete mútuo ab ómnibus vicinis tuis vasa vácuá non pauca. Et ingrédere, et claude óstium tuum, cum intrínsecus fúeris tu et filii tui: et mitte inde in ómnia vasa hæc: et cum plena fúerint, tolles. Ivit itaque múlier, et clausit óstium super se et super filios suos: illi offerébant vasa, et illa infundébat. Cumque plena fuissent vasa, dixit ad fílium suum: Affer mihi adhuc vas. Et ille respóndit: Non hábeo. Stetítque óleum. Venit autem illa, et indicávit hómini Dei. Et ille: Vade, inquit, vende oleum, et redde creditóri tuo: tu autem et filii tui vívite de réliquo.

GRADUAL Psalm 18: 13-14

Ab occúltis meis munda me, Dómine: et ab aliénis parce servo tuo. V. Si mei non fúerint domináti, tunc immaculátus ero: et emundábor a delícto máximo.

GOSPEL Matthew 18: 15-22

In illo témpore: Dixit Jesus discíplis suis: Si peccáverit in te frater tuus, vade, et córripe eum inter te et ipsum solum. Si te audierit, lucrátus eris fratrem tuum. Si autem non audierit, ádhibe tecum adhuc unum vel duos, ut in ore duórum vel trium téstium stet omne verbum. Quod si non audierit eos: dic ecclésiæ. Si autem ecclésiám non audierit: sit tibi sicut éthnicus et publicánus. Amen, dico vobis, quæcúmque alligáveritis super terram, erunt ligáta et in cælo: et quæcúmque solvéritis super terram, erunt solúta et in cælo. Iterum dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quamcúmque petierint, fiet illis a Patre meo, qui in cælis est. Ubi enim sunt duo vel tres congregáti in nómine meo, ibi sum in médio eórum. Tunc accédens Petrus ad eum, dixit: Dómine, quóties peccábit in me frater meus, et dimíttam ei? usque sépties? Dicit illi Jesus: Non dico tibi usque sépties, sed usque septuágies sépties.

OFFERTORY Psalm 117: 16-17

Déxtera Dómini fecit virtútem, déxtera Dómini exaltávit me: non móriar, sed vivam, et narrábo ópera Dómini.

SECRET

Per hæc véniat, quæsumus, Dómine, sacraménta nostræ redemptionis efféctus: qui nos et ab humánis rétrahat semper excéssibus, et ad salutária dona perducát. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PREFACE OF LENT

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátiam ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Qui corporáli jejúnio vítia cóprimis, mentem élevas, virtútem largírís et præmia: per Christum Dóminum nostrum. Per quem majestatem tuam laudant Ángeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cæli cælórúmque Virtútes ac beáta Séraphim sócia exultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces ut admítti júbeas, deprecámur, súpplici confessióne dicéntes:

COMMUNION Psalm 14: 1-2

Dómine, quis habitábit in tabernáculo tuo? aut quis requiescet in monte sancto tuo? Qui ingréditur sine mácula, et operátur justítiam.

POSTCOMMUNION

Sacris, Dómine, mystériis expiáti: et véniám, quaesumus, consequámur et grátiam. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PRAYER OVER THE PEOPLE

Humiliáte cápita vestra Deo. Tua nos, Dómine, protectióne custódi: et ab omni semper iniquitáte defénde. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

I call upon Thee, for Thou will answer me, O God; incline Your ear to me; hear my word. Keep me, O Lord, as the apple of Thine eye; hide me in the shadow of Thy wings. Ps. Hear, O Lord, a just suit; attend to my outcry. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. I Call upon Thee, for Thou will answer me, O God; incline Your ear to me; hear my word. Keep me, O Lord, as the apple of Thine eye; hide me in the shadow of Thy wings.

Hear us, almighty and merciful God, and in Thy kindness grant us the graces of self-denial that lead to salvation. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

In those days, a certain woman cried to the Prophet Eliseus, saying, Your servant, my husband, is dead, and you know that your servant was one who feared God: and behold the creditor is come to take away my two sons to serve him. And Eliseus said to her, What will you have me to do for you? Tell me, what have you in your house? And she answered, I your handmaid have nothing in my house but a little oil, to anoint me. And he said to her, Go, borrow of all your neighbors empty vessels not a few. And go in, and shut your door, when you are within, and your sons, and pour out thereof into all those vessels: and when they are full take them away. So the woman went, and shut the door upon her, and upon her sons: they brought her the vessels, and she poured in. And when the vessels were full, and she said to her son, Bring me yet a vessel. And he answered, I have no more. And the oil stood. And she came, and told the man of God. And he said, Go, sell the oil, and pay your creditor; and you and your sons live off the rest.

Cleanse me from my unknown faults, O Lord! From wanton sin especially, restrain Thy servant. V. Let it not rule over me. Then shall I be blameless and innocent of serious sin.

At that time, Jesus said to His disciples: If your brother sin against you, go and show him his fault, between you and him alone. If he listen to you, you have won your brother. But if he do not listen to you, take with you one or two more so that on the word of two or three witnesses every word may be confirmed. And if he refuse to hear them, appeal to the Church, but if he refuse to hear even the Church, let him be to you as the heathen and the publican. Amen I say to you, whatever you bind on earth shall be bound also in heaven; and whatever you loose on earth shall be loosed also in heaven. I say to you further, that if two of you shall agree on earth about anything at all for which they ask, it shall be done for them by My Father in heaven. For where two or three are gathered together for My sake, there am I in the midst of them. Then Peter came up to Him and said, Lord, how often shall my brother sin against me, and I forgive him? Up to seven times? Jesus said to him, I do not say to you seven times, but seventy times seven.

The right hand of the Lord has struck with power: the right hand of the Lord has exalted me; I shall not die, but live, and declare the works of the Lord.

O Lord, may this sacrament result in our redemption; keep us always from the sins of our human nature, and bring us the gift of salvation. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly fitting and just, proper and beneficial, that we should always and everywhere, give thanks unto Thee, holy Lord, Father almighty, everlasting God. Who by this bodily fast, dost curb our vices, dost lift up our minds and bestow on us strength and rewards; through Christ our Lord. Through whom the Angels praise Thy majesty, the Dominations adore, the Powers tremble: the heavens and the hosts of heaven, and the blessed Seraphim, together celebrate in exultation. With whom, we pray Thee, command that our voices of supplication also be admitted in confessing Thee saying:

Lord, who shall sojourn in Thy tent? Who shall dwell on Thine holy mountain? He who walks blamelessly and does justice.

We beseech Thee, O Lord, that, purified by this holy sacrament, we may obtain both forgiveness and grace. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Bow your heads to God.

Defend us, O Lord, with Thy protection and forever safeguard us from all evil. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.